

sit animo habitura. Quae si nos falleret spes, quod credere nō
possumus & sibi T. M. persuadeat, optimam quietis & tranquil-
litatis suae rationem nos semper habituros esse. Dat. Romae
die 14 Junij 1489

1488 $\frac{4}{3}$

Revocatio cuiusdam facultatis nomi-
nandi quae quo ad Ecclesiam Varmien. Poloniae
Regi facta & concessa erat, per D. Innocentiū
Papā 8. haec ipsa revocatio missa est D. Ni-
colao Epō & suo Capto Ecclesiae Varmien.

Venerabilis frater & dilecti filij. Sal. Licet charissimo nro
filio in Christo Kasimiro Regi Polonia illustri, sex personas idoneas
ad singula beneficia Ecclesiastica tunc per nos habitas designat
in Silesiensi, Gnesensibus, Cracoviensi, Patnamiensi, Plocen, Wladislavien
& Warmiensi Ecclesiis, simul vel successive vacatura nominandi, certis
quoque iudicibus sine executoribus de super deputatis, beneficiis huius-
modi in favorem personarum earundem, suae discretionis reservandi, aliasque
& alia faciendi & exequendi, plenam ac liberam dudum per quasdam
nostras litteras concessimus facultatem, prout in illis plenius continetur.
Quia tamen nro tunc intentionis non extitit, quod facultas huius se
extenderet, ad aliquam Ecclesiam sub concordatis Germania comprehensa.
Et sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, dicta
Ecclesia Warmien. (cui tu Ven. fr. esse dignoscens) sit & esse censetur
sub concordatis positus ac ab exordio, quo Christiana fides in partibus
illis, dno episcopulante recepta est, per sedem Apostolicam fundata, eiusque
ex tunc immediati subiecta fuerit, prout subicitur etiam de presenti,
quae omnia tempore praefata concessionis fuerunt nobis ignota. Nos hinc
& alijs rationabilibus causis induiti litteras praefatas ac passus habi-

fos & habendos, per easdem cum citis & singulis in eis contentis clausu-
lis, ac inde secuta quacumq; prout vestram & ipsius Ecclie Warmien-
collationem, communiter vel diuisim concernunt, illis quo ad reliqua valitu-
ris, cassantes & annullantes, ac pro cassis et nullis haberi volentes, Au-
thoritate Apostolica tenore presentium decernimus prefatum Regem dictarum
literarum preteritu, personam aliquam, ad quocumq; beneficium, collatio-
nis & Ecclie Warmien- particulari, nominare, executoresq; predictos bene-
ficii huiusmodi sua vel alterius eorum dispo- re seruare, seu illud per
sona sic nominata p se, vel alium seu alios conferre; aliq; in eis
contenta, quo ad Eccliam & collationem Warmien-, predictas duntaxat
facere & exequi minime potuisse suo posse: nec dubisse vel debere.

Mandatum sic per dilectos filios causarii pallucij apstici auditors
ac quosvis alios iudices & commissarios in quibuscumq; causis, quas
coram eis in quacumq; instantia pmissum occasione pendere forsan
contigerit, prouincian, sententian, & diffiniri debent. Sublata eis &
cuiilibet eorunde quamvis aliter iudicandi seu interpretandi facultate
ac decernon. ex nunc irritum & inane quicquid secus super his &c.
Non obstant. pmissis ac constitutionibus & ordi- bus Apostolicis ca-
terisq; contrarijs quibuscumq; Dato Roma die 4 Martij
M cccc lxxxvij. Anno quarto